

Enchyridion

lectionem opatur. Si aut male et non bene opatur: pculdubio secundum apostolum iacobus mortua est in semetipsa. Qui rursus ait. Si fidem dicat se habere: opera autem non habeat. nunquid poterit fides saluare eum? Porro autem si homo sceleratus propter fides solam per ignem saluabitur: et sic est accipiendus quod ait beatus paulus apostolus. Ipse autem saluus erit. sic tamen quasi per ignem: poterit ergo saluari sine operibus fides: et falsum erit quod dixit eius beatus iacobus. falsum erit et illud quod idem ipse paulus dixit. Nolite inquit errare neque fornicatores. neque idolis seruientes. neque adulteri. neque molles. neque masculorum concubinatores. neque fures. neque auari. neque maledici. neque ebriosi. neque rapaces: regnum dei possidebunt. Si enim etiam in istis per seueritates criminibus: tamen propter fidem christi salui erunt: quomodo in regno dei non erunt? Quid sentiendum sit de his qui supra fundamentum edificat: et qui sunt hi qui per ignem saluantur: vltimus sit iste ignis.

Capitulum. LXVII.

Ed quod hec apo

stolica manifestissima et aptissima testimonia falsa esse non potest. Illud quod obscure dictum est de his qui supra edificat: supra fundamentum: quod est christus: non aurum. non argentum. non lapides preciosos: sed ligna: fenum: stipulam. de his enim dictum est quod per ignem salui erunt. quoniam fundamentum merito non peribit. sic intelligendum est ut his manifestis non inueniat esse contrarium. Ligna quippe et fenum et stipula si absurde accipi possunt rerum secularium: quibus licite necessarium tales cupiditate: ut amitti sine dolore non possint animi. Quia autem iste dolor vritur: si christus in corde fundamentum locum habet. id est: ut ei nihil anteponatur: et malitiam homo qui tali dolore vritur: rebus quas ira diligit magis carere quam christo: per ignem fit saluus. Si autem res huiusmodi temporales ac seculares tempore temptationis maluerit tenere quam christum: eum in fundamento non habuit. quia hec prior loco habuit. cum in edificio prius non sit aliquid fundamentum. Ignis enim de quo locutus est eo loco apostolus paulus talis debet intelligi: ut ambo per eum transeant: id

est et qui edificat supra fundamentum aurum argentum lapides preciosos: et qui edificat ligna fenum stipulam. Cum enim hoc dixisset: ad iunctum. Uniuscuiusque opus quale sit: ignis probabit. Si cuius opus permanserit: quod super edificauit mercedem accipiet. Si cuius opus autem excussum fuerit: damna patietur:iple autem saluus erit. sic tamen quasi per ignem. Non ergo vnius eorum: sed vtriusque opus ignis probabit. Est quidem ignis reprobatio tribulationis: de quo aperte alio loco scriptum est. Casa figuli probat fornax: et homines iustos temptatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit quod apostolus dixit. Et accidat duobus fidelibus: vni scilicet cogitati que dei sunt: quomodo placeat deo. hoc est edificati supra christum fundamentum: aurum argentum lapides preciosos: alteri autem cogitati ea que mundi sunt: quomodo placeat vtriusque: id est edificati supra idem fundamentum ligna fenum stipulam. Illi enim opus non excurret: quia non ea dilexit: quorum amissione crucietur. Excurret autem opus huius: quoniam sine dolore non percutit que cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra perditione proposita eis potest carere malitiam quam christo: nec timore amittendi talia deserit: christus. quibus doleat dum amittit: saluus est quidem: sic tamen quasi per ignem. Quia vritur eum rebus dolor: quas dilexerat amittat: sed non subuertit neque consumit fundamentum stabilitate: se atque incorruptione munitum.

Posse etiam fieri post hanc vitam ignem purgatorium per quem saluantur: qui hic taliter vixerunt: vel penitentiam postquam egerunt.

Capitulum. LXVIII.

Nemo aliquid etiam

nam post hanc vitam fieri incredibile non est: et vritur ita sit que ri potest. Et autem inueniri aut latere nonnullos fideles per ignem quandam latere nonnullos: quanto magis minus bene peruentum dilexerunt: tanto tardius citiusque saluari. non tamen tales de quibus dictum est: quod regnum dei non possidebunt: nisi conuenienter penitentibus eadem crimina remittantur. Conuenienter autem dicitur: ut steriles in elemosinis non sint: quibus tantum tribuit scriptura diuina: ut eorum tantummodo fructum se